



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-/berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

XVIII Quam ardenter desiderare debent regione[m] suam caelestis patriae
peregrini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

HAY. DE VARIET. LIB.

Quam ardenter desiderare debent regi-
onem suam cælestis patriæ peregrini.

Caput XVIII.

Aug. **C**ælestem ad patriam peregrinus ille ardenter
Psal. 119, redire desiderabat, qui dolens gemensq; dice-
bat: Heu mihi, quia incolatus meus longin-
quus factus est. Ac si diceret: Domine multū à te re-
cessi, peregrinatio mea facta est longinquā. Nondū
ueni in patriam illam ubi cum nullo malo uicturus
sum. Nondū ueni ad illam societatē angelorum, ubi
scandala non timebo. Quare aut nondum sum ibi?
Quia incolatus meus longinquus factus est. Incola-
tus peregrinatio est. Incola dicitur qui habitat in ter-
ra aliena, non in ciuitate sua. Longinquus factus est
incolatus meus. Et ubi longinquus? Aliquando fra-
tres mei cum peregrinatur homo inter meliores ui-
uit q; in patria sua forte uiucret, sed non sic est quan-
do de Hierusalē illa cælesti peregrinamur. Mutat enī
homo patriam, & aliquando illi in peregrinatione
bene est. Inuenit amicos fideles peregrinando quos
in patria inuenire nō potuit. Inimicos habuit ut de
patria pelleretur & peregrinaretur, inuenit quod nō
habebat in patria. Non sic est patria illa Hierusa-
lē ubi oēs boni, quicunq; inde peregrinatur inf̄ ma-
los est. Nec recedere à malis potest nisi cū redierit ad
societatē angelorū, vt ibi sit vnde peregrinatur, ubi
omnes iusti & sancti qui fruuntur uerbo dei sine le-
ctione, sine literis. Quod enim nobis per paginas
scriptum est, per faciē dei illi cernunt. Qualis patria?

LIBFR PRIMVS.

magna patria, & miseri, peregrini ab illa patria. Sed quid ait iste: longinqua facta est peregrinatio mea. Iste iam volens redire cognoscit infelicitatem peregrinationis suae, quia cognouit illam, redit, & ad beatam desiderat ascendere patriam.

Qualiter plangere debent captiuū patriā suā æternam Hierusalem. Cap. XIX.

Gemamus omnes, gemamus singuli in hac captiuitate, in hac mortalitate, suspiremus, desideremus patriam nostram Hierusalē cælestem. Tendamus ad conditorē nostrū eiusdem ciuitatis fabricatorem, petamus ei honorū operū sumptus, ut mereamur peruenire ad eum, & in domo eius habitare omnibus diebus vitæ nostræ, hoc est, perenni vita. Hanc domum æternam, quam ex deo habemus, in cælis, diligebat ille qui dicebat: Domine dilexi de- corem domus tuæ, & locū habitationis gloriæ tuæ, Eodem Et iter: Quam dilecta tabernacula tua domine vir- tum, cōcupiscit & deficit anima mea in atrio dñi. Quia melior dies vna in atrijs tuis super milia. Nam & ipse ad dominum sitiēter peruenire desiderabat, cum dicebat: Sitiuit anima mea ad deum fontem vi- uum, quando véniam & apparebo ante faciem do- mini. In hac em̄ positi peregrinatione ploremus co- ram domino qui fecit nos, quia ipse dominus deus noster: In hac erumnosa retenti mortalitate cum o- mni cōtritione cordis & corporis redire desidere- mus ad illam supernam Hierusalē, quæ est mater o- mnium nostrum. Ab illa peregrinamur in hac mise

Aug.

Psal. 25.

Psal. 83.

Eodem

Aug.